

HOLY SEE PRESS OFFICE
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE



BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIEGE
PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHLS

BOLLETTINO

SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE

N. 0378

Sabato 18.06.2011

LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE AL VI CENTENARIO DELLA CONSACRAZIONE DELLA CATTEDRALE DI WŁOCLAWEK (POLONIA) (26 GIUGNO 2011)

LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE AL VI CENTENARIO DELLA CONSACRAZIONE
DELLA CATTEDRALE DI W Ł O C Ł A W E K (POLONIA) (26 GIUGNO 2011)

In data 29 aprile 2011, il Santo Padre Benedetto XVI ha nominato l'Em.mo Card. Zenon Grocholewski, Prefetto della Congregazione per l'Educazione Cattolica, Suo Inviato Speciale alle celebrazioni del VI centenario della dedicazione della Cattedrale di Włocławek (Polonia), che avranno luogo il 26 giugno 2011.

Il Cardinale Inviato Speciale sarà accompagnato da una Missione composta dai seguenti ecclesiastici:

- Rev.do Mons. Grzegorz Karolak, Parroco della parrocchia dei Ss. Apostoli Pietro e Paolo a Ciechocinek nonché membro del Consiglio Presbiterale e Canonico onorario del Capitolo della Cattedrale di Włocławek;
- Rev.do Mons. Artur Niemira, Cancelliere della Curia diocesana, Docente del Seminario Maggiore, Membro del Consiglio Presbiterale e del Collegio dei Consultori nonché Presidente del Comitato organizzativo del giubileo della Cattedrale di Włocławek.

Pubblichiamo di seguito la Lettera del Santo Padre all'Em.mo Card. Zenon Grocholewski:

• LETTERA DEL SANTO PADRE

Venerabili Fratri Nostro
ZENONI S.R.E. Cardinali **GROCHOLEWSKI**
Praefecto Congregationis de Institutione Catholica
(de Seminariis atque Studiorum Institutis)

Vladislaviensis communitas ecclesialis grato animo sescentos celebrat annos a dedicatione Cathedralis sui templi, quod anno MCDXI uti ex voto post victoriam prope pagum Grunwald, adstante Poloniae rege Ladislao Jagieklo, est consecratum. Praeclara ista aedes sub titulo Assumptionis Beatuae Mariae Virginis saeculorum decursu Cathedralis fuit sedes Episcoporum Cuiaviae, et nuper illorum Vladislaviensium.

Illic beatus Michaël Kozal, episcopus et martyr, episcopalem consecrationem accepit ac Servus Dei Stephanus Cardinalis Wyszyński, Poloniae Primas, ordinationem sacerdotalem. Decessor Noster beatus Ioannes Paulus II anno MCMXCI sacram hanc Vladislaviensem invisit aedem atque de eius historia et spiritali pro tota regione momento est locutus.

Dilecti istius gregis Episcopus, Venerabilis Frater Vieslaus Aloisius Mering, iubilai data occasione, quaedam pastoralia incepta suis proponit fidelibus, ut clare videre possint quomodo religio christiana historiam istius regionis sit comitata. Idem Vladislaviensis Pastor humanissime a Nobis quaesivit ut aliquem eminentem virum ad memoratam celebrationem mitteremus, qui Nostras vices Vladislaviae posset gerere Nostramque erga christianos ibi adstantes dilectionem manifestare. Ad Te ergo, Venerabilis Frater Noster, qui Congregationi de Institutione Catholica diligenter praees quique dioecesim Vladislaviensem bene novisti, mentem Nostrani vertimus Teque hisce Litteris MISSUM EXTRAORDINARIUM NOSTRUM nominamus ad sollemnem celebrationem VI centenarii dedicationis ecclesiae Cathedralis Vladislaviensis, quae die XXVI proximi mensis Iunii agetur.

Sacrarum Scripturarum verba recolens: "Ego autem in multitudine misericordiae tuae introibo in domum tuam; adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo" (*Ps 5,8*), pulcherrimo in cathedrali templo Vladislaviensi sollemni Eucharistiae praesidebis atque Pastorem Vladislaviensem, cunctos Poloniae Episcopos in Conferentia plenaria ibi congregatos, civiles auctoritates, sacerdotes, christifideles laicos Nostro salutabis nomine. Omnes adstantes seznione tuo ad diligentiore etiam Christi vitae imitationem cohortaberis. Oportet enim ut cuncti novis viribus novaque diligentia peculiarem dilectionem Christi Ecclesiae et Evangelii demonstrent atque fidei alacritate in vita cotidiana ferveant.

Nos autem Te, Venerabilis Frater Noster, in tua missione implenda precibus comitabimur. Denique Benedictionem Nostram Apostolicam libentes Tibi impertimur, signum Nostrae erga Te benevolentiae et caelestium donorum pignus, quam omnibus celebrationis participibus rite transmittes.

Ex Aedibus Vaticanis, die XI mensis Maii, anno MMXI, Pontificatus Nostri septimo.

BENEDICTUS PP. XVI

[00965-07.01] [Testo originale: Latino]
